

SCRIPTA

Numéro Scripta : 370

Autre(s) référence(s) : ARTEM 2751

Auteur(s) : Ours, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

Bénéficiaire(s) : Herbert de Lisieux [particulier]

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1119

Action juridique : autre

Description de l'original : chirographe (Cirographum)

Langue du texte : latin
chirographe (Cirographum)

Analyse

Accord entre Urson, abbé de Jumièges, et Herbert de Lisieux. Le premier cède au second la terre de Hauville pour l'espace de trente ans et moyennant une redevance annuelle de 30 livres, monnaie de Rouen.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 31 (6).

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LV, t. 1, p. 145-148.

Indications

Loth Julien (Abbé), *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges*, par un religieux bénédictin de la congrégation de Saint Maur, Rouen, Métérie (Société de l'histoire de Normandie), 1882-1885, 3 vol., t. 1, p. 241.

Dissertation critique

Du 30 mars au 17 avril 1120 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Cirographum.

(Chrismon) Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nono decimo, ista conventio facta est inter Ursonem, abbatem Gemmeticensem et Herbertum Lexoviensem. Guillelmus Niger, regis Anglorum scilicet disp[en]sator, apud Hausvillam de supradicto abbate habebat terram quam..... centia in vadimonium usque ad .XXX. annos in manus predicti Herberti misit, ab eodem pro ipsa receptis trig[int]a denariorum Rotomagentium libris. Abbas vero cum hoc audiss[et]... de illos qui hoc fecerant causari vel discutere ; et quoniam tunc temporis illud ipse negocium aliter nequivit melius disponere, tandem inter ipsos hujusmodi convencio pervenit ut ipsi Herberto abbas predictus vadimonium usque ad p[re]finitum tempus concederet, tali conditione ut ex eadem terra

servicium omne debitum isdem Herbertus eidem abbati persolveret, atque inde in omnibus ei fidelis existeret, vel, si infra terminum fortuito obiret, pecuniam supranominatam seu illud terre vadimonium sibi contraditum seu quicquid ipso die in illa terra suum fuerit aut super edificaverit, monachis Gemmeticensibus pro redemptione animæ suæ relinqueret. Si vero ante eundem terminum sepe dictus Herbertus non obierit, peracto termino, abbas vel monachi qui tunc temporis vixerint pecuniam denominatam eidem reddent et vadimonium seu terram illam in dominio suo recipient, donec Guillelmus prefatus sive sui heredes pecuniam ipsam predictis monachis persolvant. Et tunc tamen ipse Herbertus, septem libris denariorum receptis ab ipso abbate seu a monachis quas abbati tradidit et ipse abbas tradiderat supradicto Guillelmo pro eadem terra, totidem cujusdem causa conflictus qui inter ipsos Herbertum scilicet et Guillelmum extiterat receptis septem libris, exceptis aliis triginta supradictis et preterea solutis omnibus si qua sibi per injuriam de ea terra extorquebuntur, tunc ipse Herbertus quicquid in illa terra suum fuerit vel antea super edificaverit vel jure sibi acciderit de ipsa tollet si ita voluerit, et non a monachis sive ab heredibus, ab ejusdem... [r]edemptum fuerit, seu sponte sua illud relinquere voluerit. Ista itaque conventio ut inter ipsum et monachos certior, securior existeret, ex hoc inde Herbertus cirographum hoc fieri r[og]avit. Ex utraque igitur parte presentes huic conventioni testes fuerunt isti quorum nomina hic inferius sunt descripta: ex parte abbatis, Rodbertus de Bosth, Hugo Picart, Rodbertus de Ceirisi ?, Herveus de Osiaco, Geroldus Targa., Ernulfus cubicularius, Siricus Maisnil, Guillelmus Durus Dens, Rodbertus..., Ascelinus Ascia, Vuillelmus filius Ascelini, Rodulfus Forhaget, Germundus Medantinus. Ex parte Herberti Lexoviensis, Erchembaldus presbiter, Galterus filius Durandi, Rodulfus Postel, Hugo de Vern., Richardus filius Baldrici, Galterus dapifer, Osbernus Parage, Galterus Pavelr., Anfridus filius Suplice, Robertus Largus.